

154 VIII. Beantiv. zweyer rechtlichen Fragen,

intini extra metas suas Jus dicenti impune non  
paretur.

1. ult. ff. de Jurisd.

4. Quia statuta illa limitata et restricta sunt ad  
solos Cives et Rusticos. Jam vero causa  
finita non potest producere Effectum infi-  
nitum ; sed sicut limitatur Potentia cau-  
sae , sic etiam debet limitari effectus.

Gail. L. 2. Obs. 124. n. 6.

Jurisdictionis igitur fundamento sublato,  
corruunt omnia , quae seperstruuntur.

Virg. Pingiz. qu. 29. n. 23.

5. Quia Jus illud Ecclesiasticum , tanquam  
contra Jus commune et sanam rationem  
non tantum in Episcopatu , ubi natum ,  
ratione successionis correctum mutatumque  
est a Reverendiss. Episcopo Casparo A. 1568.  
ut solos nunc stringat rusticos ; sed etiam  
Bragae ratione successionis Fratrum  
Contrarium introductum , ut secundum Jus  
commune succedat Parens excluso fra-  
tre , vel sorore defuncti.

Novell. 114. c. 3.

6. Quia statutum illud potissimum videtur  
respicere bona immobilia sub magistratu  
Oppidano sita , qualia Collegae non ha-  
bent.

III.